

Andreas Metzmaker


Benevolo Lectori Salutem & Officia! Passionem Domini nostri Jesu Christi ...

[S.l.], [1658]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742555690>


Druck Freier  Zugang





DK-9453 (1.)

*Ex
Bibliotheca
Academicae
Rostochiensis*



Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Feschajahu proph. coniectionum.
Tumbria in obitum Gust. Adolphi Suec. reg. .. habita a G. Schedio, Rector Sch. Gustr. 1633.
Lemus Regius, Das ist Schmelde Klag: u. Trauer Schrift üb. d. Eintritt .. Gustr. Adolphi .. Autore G. Schedio. 1633.

Progr. 1646. (Lectorum ad ont. invitat Rector Sch. Gustr. etc)

1648.

1649 (Jan., März, Dec.)

1650. (1. Aug. II Nov.)

1652.

1653.

1655.

1658. (1. Oct. u. Von Lecture.)

1663.

Natales Reipublicae Meclenburgicae sacri. Gustr. 1666.)

Joh. Schultzeanus, De mysterio pietatis. mit Praes. G. Voigtii Gustr. 1671. (Vom Gedächtn.)

Hucht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub praes.

G. Voigtii, Rectoris .. defendet. Gustr. (1671.)

Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii .. def. Gustr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)

F. Otto, Theses log. resp. Daleke. Gustr. 1706. Editio II. 1710.

De veritate rel. christ. .. resp. Stark. Gustr. 1710.

In alterum jubilaum Lutherianum .. Gustr. 1717.

Laetare laudis sacrificium .. datuma novellis Athenaei Gustr. Collegis. (1717)

Thesium misc. decadem .. moderator F. Ottone Rector. prop. D. Sandow. G. 1717.

Triumph. Lied .. 2. Luth. Jubel. Fest. .. G. (1717)

Festum transl. Bild. Luth. germ. .. celebr. in urb. Richter. Gustr. Rector. (1719.)

Cantata .. (1719)

Progr. 2. Festum sac. II Augustanae Confessionis .. in urb. .. (1730)

Cantata .. (1730)

Progr. 2. Geburtstagfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)

1732. (Di Alberto et Johanne)

[1733 steht ill. 885]

1734. (De rebus Meclenburgicis)

Ns. Progr. 2. Geburtstagfeier d. Herzogs 1718 ff. u. a. siehe ill. 74.

Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter etc.)

1736. (" ")

1737. (" ")

1738. (" ")

1739. (" ")

1741. (" ")

1743. (" ")

1744. (" ")

1745.

1746.

1747.

~~1848~~ *Leverii darnu bucolicum* ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

Philippi Julii Ducis Rom. diarium itineris ed. Richter. 1750.



14
BENEVOLO LECTORI
SALUTEM ET OFFICIA!

Passionem DOMINI nostri JESU CHRISTI quam devote olim, quamq; frequenter meditati fuerint pii veteres, vel ex eo videre est, quod multos ipsi etiam CRUCI honores habitum iverunt. Primi sane Christiani suum illud solenne habuerunt, quod & nobis hodieq; servatur, crucem digitis ducere, & frontibus præsertim suis quasi imprimere, idq; non tantum in memoria mortis Christi in cruce appetitæ, sed & in publicam fidei suæ professionem. Ex nube testium, quos alii producunt, nobis in præsens sufficiat Tertullianus, ex Latinis quidem Patribus vetustissimus, qui De coronamilitis cap. 3. Ad omnem progressum, ait, atq; promotionem, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lavandam, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcumq; nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Subscribit, qui 140. ab eo annis floruit, Cyrillus Præsul Jerosolymitanus catechesi 13. Non pudeat nos, inquit, crucifixum conspici, sed in fronte confidenter signaculum crucis digitis imprimatur. In aliis etiam omnibus crux fiat, in panibus comedendis, & in poculis bibendis, in egressu & ingressu ante somnum recumbendo & surgendo, & quiescendo. Unde vero sua cerimonia dignitas accedat, id præclare tradit Chrysostomus homil. 55. in Mattheum: Quando cruce te signas, universam crucis causam tecum verte, quam non simpliciter digito in corpore, sed & magna profectò fide in mente formari oportet: nam si hoc modo impresseris, nullus scelerum Damonum, quem hastam videat, à quà letale vulnus accepit, ingredi tecum audebit.

Neque vero frontibus solum aut corporibus suis, sed & aliis rebus in pressæ crucis tunc temporis Christianorum symbola fuerunt, & familiares quasi tesserae, quæ ipsi se prodebant, & à paganis omnibus discernebantur. Hinc Constantinus Imperator labarum quoque suum, quo in præliis utebatur, ad formam crucis confieri voluit, quippe quam (de cultu divino, essetne inter Gentiles an Christianos verior, adhuc ambigens, sed ad hos incli-

nator) serena e luce constructam, supra solem jam occiduum
conspexerat, addita scriptura: IN HOC VINCE! Quam
vero sollicitam sese Mater ejus Helena indagatricem Dominicæ cru-
cis præstiterit, Ambrosius testatur in Oratione fœnebri de obitu
Theodosii, & quomodo inventam beneficio prælati tituli à dua-
bus reliquis discreverit. Cujus tamen discretionis Sozomenus
& alii firmiorem allegare rationem videntur: Macarium sc.
Præfulem Hierosolymitanum præmissâ ad Deum oratione tres il-
las cruces singillatim imposuisse mulieri cuidam jam morti vicinæ
& ex recuperata valetudine, quæ Dominica fuerit, intellexisse, quæ
postmodum & mortuo admota vitam restituerit, ut magis inno-
scescet genuina. Locum, ubi effossa fuerat, sacratissimo Imperatrix
templo decoravit. Et ab eâ usq; tempestate frequentior usus cru-
cium obtinuit, ut antea digitis in aere deformatarum, ita tunc fa-
ctarum ex materia, impositarum templis, affixarum parietibus, cre-
ctarum in vicis, locisque aliis non habitabilibus modo, sed & de-
sertis.

Ne autem nimia figuræ hujus frequentia contemptum cruci
pareret, Speciali lege, quæ extat in Cod Justin. libr. i. tit. 8. Theodo-
sius junior & Valentinianus, sub pœnâ gravissimâ, caverunt; Ne
quæ signum Salvatoris (hoc titulo in denotandâ cruce, vehementer
delectati tunc temporis fuerunt) vel in solo, vel in silice, vel in mar-
moribus humi positis insculpat, vel pingat; sed tollat potius, si quod hami
reperiatur. Quæmadmodum & suo Dominicæ cruci honori servan-
do, laudatus modo Imperator Constantinus M. supplicium crucis
abrogarat, non sustinens sc. venerabile illud signum pœnis vile-
scere damnatorum.

Devotissima, inquam, fuit melior illa antiqvitatis, & per quam
assidua in crucis Dominicæ, & exantlatæ in eadem passionis medita-
tione! Quid nobis conveniet, etiamnum digne æstimantibus, quid
suâ nobis morte in cruce obitâ procurarit Salvator ceteroquin
æternum perituris. In tantas enim miseras lapsus primorum Pa-
rentum nos præcipitârat, quantas neq; mens humana satis capere,
neque lingua effari digne potest. Universa corporis & animæ sub-
stantia horribilissime corrupta erat, atrocissime vitata, depravata
peni-

penitissimè. Hinc æterna nos ira Dei premebat; horrenda infestabat maledictio, infernales manebant cruciatus: Nulla vel vi, vel arte poteramus, quod perdideramus, recipere. Infinite enim bonum erat, à quo defeceramus; infinite malum, in quod incidimus! In perpetuis obdurare debebamus miseris, omnibus creaturis miserabiliores, nisi forte Diabolus quis exceptos voluerit, in idem ante nos barathrū præcipitatos. Nec ulla DEUS injuriā nos affecturus fuisset, si vel maxime tales reliquisset, quales esse malitiosissimè fategeramus: id enim severissima ejus justitia sibi vindicaret proprium. Namque ut ipse peccatorum autor non existerat, ita serius fuerat monitor, caveremus peccata, nisi hujus vellemus & æternæ mortis supplicia: Hæc, inquam, tantā à se temeritate prolapsis meritiſſimè irrogasset, nulla vel ipsos injuriā, vel se injustitiā gravaturus.

Verū enim verò, qui æternæ vitæ condiderat hominem, æternā morte periturum non sustinebat; quin potius ante quàm generasset, quomodo degenerantem regeneraret, sollicitus quasi fuerat; idque motu proprio, sine ulla ullius Angeli hominisque, quippe qui nondum erant, intercessione acrogatu. Sed quemadmodum communicato velut consilio PATER, FILIUS & SPIRITUS S. condiderunt postmodum homines; ita ab omnijam æternitate unanimi consensu decreverant, velle miserandis hominibus opifulari, & stupendam in liberandis illis clementiam ostendere. Constitutum istud decreti fuisse ante jacta mundi fundamenta Apostolus testatur, scilicet, per unigenitum Dei Filium, hominem nasciturum, fore, ut homines redempti cum Deo reconciliantur. Per egit ipse hanc expiationem perfectissima obedientiā, sanctissimè vivendo, & ignominiosissime moriendo præstitā. Quo quidem redemptionis opere ut nullum aliud mirabilius & magis stupendū ita nec nobis fructuosius esse potest ac magis prædicandum.

Hinc adeo factum est, & mirabili quidem providentiā Dei factum, ac singulari misericordiā, ut in mediis etiam Papatus tenebris historia passionis in quotidiano usu & continuā meditatione permaneret, non sine plurimorum ad vitam æternam ædificatione. Et hæc sancta consuetudo etiamnum inter Christianos viget, ut non

tantum singulis ferme concionibus mors DOMINI prædicetur,
sed & anniversarium aliquod illudque certum tempus sit, quo in-
tegra passionis historia in sacris cœtibus repetatur. Tempus hoc
Quadragesimale est adhuc sollemnissimum. Occupatis autem divi-
no hoc studio Pastoribus in ecclesiâ, neq; nos pietate istâ superse-
debimus in nostrâ Scholâ, sed aliquibus declamatiunculis domini-
cæ passionis memoriam recolemus, idq; secundum præcipnas in
vulgato versu circumstantias.


Quis? Quid? Ubi? Quibus auxilium? Cur? Quomodo? Quando?


Parti hanc operam sumus inter octo alumnorum nostroru
ita ut 6 priores singulas circumstantias perorent; 2. autem posteri-
res septimam dividant, unus scilicet de vero passionis Christi anno,
alter de mense illius ac die dicturi. Sunt autem


JOHANNES CHRISTOPHORUS Janich Livonus. JOHAN-
NES Gangel Parchimensis. MARTINUS Brasche Rostochiensis
PETRUS ECARIUS Schwerinensis. LAURENTIUS Boffeldt.
JOHANNES Exew. JOACHIMUS Ranschquicht. JOHANNES
Rostger / Gustrovienes.


Horum studium quum ad promovendam pietatem, exercendam
memoriam & formandam pronunciationem cum primis directum
sit, tantum, opinor, at erit, ut pius quis improbare velit, ut potius
sua quisq; pro virili iturus sit promotum. Vos facietis id, Viri Ma-
gnifici, plur. Reverendi, Nobilissimi, Consultissimi, Clarissimi, Prudentissi-
mi, Præstantissimi, Doctissimi, Domini Mærenates, Fautores atq; Amici
summopere colendi & singulariter dilolli, si non gravabimini crastinâ
die sc. 22 Martii, oraturis illis admodum biherium impendere. Ita
fiet, ut & reliqui ad simile quid audendum incitentur, & stimulen-
tur hiispi, vel applausu, si graviter defuncti suis partibus fuerint,
vel correctione, si dederint sese turpius. Antè mediam vero 9. con-
ventus fiat, necesse fuit dubito enim, si suâ Dominos Auditores
facundia Declamatores nostri ita afficere valeant, ut quondam Ca-
rolum IV. in Scholâ Pragenti Disputatores affecere. Dabam Gu-
strovii. Dominica Letare. Anno 1658.

ANDREAS Metzmacher / Sch. Redor.









ducti externam potius speciem, quã
tatem discunt respicere. Alius p
hominis audire vocem sibi videbitur
evenire arbitrabitur, ac si nonna
verbio psalterium recitet. Qven
autem DEUS optimus maximus, eu
tum præstari vetat, qvi rationis ex
preces eas detestatur, quæ ore ta
dunt, & sine mente sonus idem il
as tinniens: Ita nolim equidem
ita educandam, ut in cultu DEI
hominum officiis ratione potius,
versetur, pruritu isti publicandi, e
buccam venit, fieri obnoxiam, & v
tationis ream jure agi. Qvod si q
ri posse hujusmodi juventutis n
commodatæ exercitia censeat, au
hoc pacto velit honori ejus aut g
dem amori plusculum, quã verit
videatur.

Equidem cum neminis ho
nori detrachere, neq; cujusquam
prehendere aut extenuare velim
ciendam tamen ratus sum hujus
nem publicè, quando auditorium
erat ad audienda ea, quæ nonnul

